Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

castris recensita sunt · ruben centum · L · milia · ⁊ mille quadringenti · quinquaginta turmas suas · i secundo loco proficiscentur · Levita autem caterva tabernaculum testimonii · portabit · simeon centum ⁊ turmas eorum · quomodo erigetur ita deponetur · singuli loca sua · ⁊ ordine filios proficiscentur · ad occidentalem plagam erunt castra filiorum effraym · quorum princeps fuit helisama filius ammiud · ⁊ cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt · xl · milia · quingenti · ⁊ cum eis tribus filiorum manasse quorum princeps fuit gamaliel filius phadasur · cunctusque exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt · xxxii · milia · ducenti · In tribu filiorum benjamin · princeps fuit abidan filius gedeoni · ⁊ cunctus exercitus pugnatorum eius qui recensiti sunt · xxxv · milia · ~~quadraginti~~ quadringenti · Omnes qui numerati sunt in castris effraym · centum · viii · milia · ⁊ centum turmas suas · tertio proficiscentur · ad aquilonis partem castra metati sunt · filii dan quorum princeps fuit ahiezer filius ammisaddai · ⁊ cunctus exercitus pugnatorum eius · qui numerati sunt · sexaginta duo milia · septingenti · In parte eum sterere tentoria · de tribu aser quorum princeps fuit phagiel filius hocran · cunctusque exercitus pugnatorum eius · qui numerati sunt · xl · milia · ⁊ mille quingenti · De tribu filiorum nepthalim princeps fuit hayra filius henan · ⁊ cunctus exercitus pugnatorum eius quinquaginta tria milia quadringenti · Omnis exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt · in castris dan · fuerunt centum quinquaginta septem milia · sexcenti · ⁊ nonnisi eorum proficiscentur · Hic ~~numerati sunt~~ numerus filiorum israel · per domos cognationum suarum · ⁊ turmas diuisi exercitus sexcenta tria milia quingenti quinquaginta · Levite autem non sunt numerati inter filios israel · sicut preceperat dominus moysi · fecerunt ergo filii israel iuxta diuina que mandauerat dominus castra metati sunt per turmas suas · ⁊ profecti per familias ac domos patrum suorum · hec sunt · II

Hgenerationes aaron ⁊ moysi · in die qua locutus est dominus ad moysen · in monte sinai · ⁊ hec nomina filiorum aaron · primogenitus eius nadab · deinde abiu · ⁊ eleazar · et ythamar · ⁊ hec nomina filiorum aaron sacerdotis qui uncti sunt · ⁊ quorum replete ⁊ consecrate sunt manus ut sacerdotio fungerentur · Obortuit autem nadab · cum offerret ignem alienum in conspectu domini in deserto sinai absque liberis · tunc ergo sunt sacerdotio eleazar · ⁊ ythamar coram aaron patre suo · Locutus est dominus ad moysen dicens · Applica tribum leui · et stat stare in conspectu aaron sacerdotis · Vt ministrent ei · ⁊ excubent · ⁊ obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii · ⁊ custodiant uasa tabernaculi · seruientes in ministerio eius ·